tinum neq; ipſis Fratribus reuocatum, & præſupponatur nullam eſſe cauſam, ratione cuius reijciantur vel non admittantur, liquido conſtat prędictos Fratres Prędicatores inquã & Minores eo ipſo, ꝙ pręſentati non admittantur per Sedem Apoſtolicam approbari & idoneos confeſſores in tali Epiſcopatu effici & iudicari à Sede Apoſtolica à qua accipiunt eiusmodi poteſtatem, & facultatem audiendi confeſſiones. Quam tantam credit Marcus Antonius Cuquus, vt dicat, ꝙ licet aliarum Religionum confeſſarij habeant ad abſoluendum iurisdictionem delegatam, cõfeſſarij tamen Ordinum Prędicatorum & Minorum [pręſentati & approbati iuxta terminos Clemẽtinę] habent iurisdictionem ordinariam. Illi ergo confeſſarij, qui poſſunt ab Epiſcopis iterum examinari, approbari, & reprobari, ſunt illi, qui à iure nõ habent idoneitatem, non autem confeſſarij Ordinum Prędicatorum & Minorum, qui à iure habẽt, quorum approbatio perpetua eſt: de quo Pater Emanuel, art. 4. q. 59. dicit tandem nõ modicam Regularibus graduatis irrogari iniuriam ſi reppellantur. Cui occurrit Summus Pontifex Clemens. 5. imprędicta Clemen